

Curatio

Glaccia illa cum cornibus tradidit argo
id est prelato. Unde argus cum centum
oculis claris virum puidum et discretum
ac vndique circumspicuum significat qui se
bater vigilare iuxta gregem sibi com-
missum. Unde Greg. in. dicitur pre-
lato. Si non annunciueris ei neque locu-
tus fueris ut auertatur a via sua impia
ut uiuat: et ipse impius in iniquitate sua
requiratur. Si autem annunciueris im-
pio et ille non fuerit conuersus ab impi-
etate sua et a via sua: anima: ipse quidem
in iniquitate sua morietur. Tu autem ani-
mam tuam liberaisti. Sed heu multi ba-
culum pastoralem. i. potestatem suam an-
te oculos hominum ostendunt ut vide-
ant et ut ab hominibus honorentur. Sed
sepe contingit cum venerit aliqua tem-
ptatio dyabolica. i. audiendo cantus musi-
cales. i. mulierum. Que cum sepe ab ho-
minibus libenter audiuntur et in illis de-
lectantur in tantum quod a sue circumspectionis
vigilantia cadunt: et dormiente ipso pro-
prie conscientia spiritualiter pereant: et vacca
id est animam quam diligentem seruare
debent per peccatum amittunt. Unde ca-
put a talibus amputatur. i. beata vita
quam deo promiserunt per opera merito-
ria seruare. Dicitur. i. diabolus au-
fert ab eis vitam eternam ducendo vac-
cam id est animam ad infernum. A quo
nos custodiat dominus noster Iesus
christus qui cum patre et spiritu sancto si-
ne fine uiuit et regnat. Amen.

De curatione anime per medicinam
supernaturalis medici qua quidam curan-
tur et quidam non.

Capitulum. cxiij.

Gorgonius re-
gnauit qui uxorem pulchram
accepit: que concepit et pe-

anime

perit filium. puer creuit et ab omnibus
est dilectus. Cum autem decem annos
in etate habuisset mortuus est mater eius et
tradita honorifice sepulture. Post hoc
ex consilio multorum rex aliam uxorem
duxit: que filium prime uxoris non vi-
lexit sed obprobria multa sibi intulit.
Rex autem hoc percipiens volens pla-
cere uxori filium suum extra imperium
ordinauit. **F**ilius sic expulsus artem
medicine studuit et in tantum profecit quod factus
est magnus et perfectus medicus. Audiu-
ens rex quod filius suus in studio profecit
gaudius est valde. Accidit in sua tempe-
breue quod rex in grauem infirmitate ceci-
dit. litteras pro filio destinauit ut ad eum
sine ulteriori dilatione veniret et eum ab
infirmitate libera ret. Filius vero ut vo-
luntatem patris intellexit: ad patrem
venit et eum perfecte curauit. Unde fama
eius per totum regnum volauit. **R**ex
hec regina nouerit eius usque ad mortem
infirmitate: et medici ex omni parte
sunt ad ducti: qui omnes eam ad mortem
iudicabant. Hoc percipiens rex con-
tristatus est valde et rogauit filium ut eum
curaret. At filius ait. Petitionem vestram
implere nolo. Cui pater. Extra
regnum meum te expellam. Cui filius.
Si sic agitis iniuste mecum facitis. Pa-
ter ac beneignissime genitor: bene con-
stat vobis quod me filium vestrum extra re-
gnum expulistis propter eius suggesti-
onem. Unde mea absentia dilectissime
pater fuit causa vestri doloris ac infirmi-
tatis. et mea presentia est causa doloris
et infirmitatis regine. vnde licet nouerit
mee: et ideo nolo eam curare sed potius
uolo ab ea recedere. At pater filio suo
Eundem morbum habet regina nouerit
causa tuam quem ego habui: me patrem tuum
perfecte curasti: sic etiam et nouerit
causa tuam cura. Respondit filius patri. Pa-
ter mi dilecte licet sit eadem infirmitas